UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

# Aristophanis Comoediae Undecim

Graece Et Latine, Ad fidem optimorum Codicum MSS. emendatae cum nova octo Comoediarum interpretatione Latina, & notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri nec non Caroli Andreae Dukeri ad quatuor priores. Accedunt Deperditarum Comoediarum Fragmenta, A Theod. Cantero Et Gul. Coddaeo Collecta, ...

**Aristophanes**

**Lugduni Batavorum, MDCCLX**

Catalogus deperditarum comoediarum Aristophanis

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1115

Visual Library

# JOHANNIS MEURSII
## CATALOGUS
## DEPERDITARUM COMOEDIARUM
# ARISTOPHANIS.

Ex ejus Biblioth. Attica. Tom. X. Theſ. Antiq. Graec.

### ARISTOPHANES.

Hic non Athenienſis quidem, ſed donatus civitate, ob ingenii excellentiam, merito quoque in hoc Catalogo mihi ſe dicendum offert. Suidas Fabulas ejus fuiſſe dicit numero LIV. Scholiaſtes, in *ejus Vita*, XLIV. Sed corruptum omnino utriusque locum eſſe oportet, nam mihi plures ſexaginta obſervatae. In his,

### ΑΓΗΡΟΣ.

Athenaeus *lib.* XIV. Τῶν γὰρ ἀπυρήνων Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει, καὶ ἐν Ἀγήρῳ. *Nucleo enim carentium Ariſtophanes in Agricolis & in Non-ſeneſcente meminit.* Pollux *lib.* VII *cap.* XXXIII. ſect. I. Ἀναχύρωτον δὲ τὸν πηλὸν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀγήρῳ λέγει. *Palea autem non ſubactum lutum Ariſtophanes in Non-ſeneſcente dicit.* Corruptum id nomen apud eundem mox *lib.* IX. *cap.* VI. Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Ἀγύρῳ λέγων·

Τοῦτ' αὐτὸ πράττω διοβόλῳ. ——

*Ariſtophanes quidem in Agyro dicens;*

*Illud ipſum facio duobus obolis.* ——

Niſi malimus cum Caſaubono legere, ἐν Ἀναγύρῳ.

### ΑΓΩΝΙΣΤΑΙ.

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. ſect. II. Τῷ δὲ λοῦσθαι, καὶ τὸ ψυχρολουτρεῖν ἂν προσήκοι, εἰρημένου τοῦ Ἐψυχρολουτρήσαμεν ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους· καὶ προλοῦται δ' ὁ αὐτὸς ἐν Ἀγωνισταῖς. *Huic autem verbo lavari, & verbum frigida lavare convenit, quum in Convivis Ariſtophanis dictum ſit Frigida nos lavimus; ſed etiam* προλοῦται *idem in Certatoribus.*

### ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝ.

Hephaeſtion in *Enchiridio:* Δίμετρα μὲν τὰ ἐξ Αἰολοσίκωνος Ἀριστοφάνους. *Dimetra quidem illa ex Ariſtophanis Aeoloſicone.* Athenaeus *lib.* III. Ἀκροκωλίων δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι. *Membrorum autem extremitates meminit Ariſtophanes in Aeoloſicone.* Iterum: Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ, καὶ Αἰολοσίκωνι. *Ariſtophanes in Gerutada & Aeoloſicone.* Et *lib.* VII. Ὡς ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίκωνι εἶπεν. *Sicut autem elegans Ariſtophanes in Aeoloſicone dixit.* Pollux *lib.* I. *cap.* VIII. Ἀλλ' Ἀριστοφάνης τὰ τοιαῦτα πιστότερος αὐτοῦ ἐν Αἰολοσίκωνι·

Κοιτῶν ἁπάσαις εἷς, πύελος δ' ἀρκέσει μία.

*Sed Ariſtophanes in talibus illo fide dignior in Aeoloſicone;*

*Cubiculis omnibus unum, ſolium balneatorium ſufficiet unum.*

Ita verſum hunc, illic luxatum, reſtituendum arbitror. Et laudatur haec Fabula ab iſto Grammatico locis pluribus. Meminit quoque Comici ipſius Scholiaſtes in *Argumento Pluti:* Τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον, καὶ Αἰολοσίκωνα. *Reliquas duas per illum immiſit, Cocalum, & Aeoloſiconem.* Iterum *ad Pacem:* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀριστοφάνης ὡς γαστρίμαργον, τὸν Ἡρακλέα κωμῳδεῖ καὶ ἐν Ὄρνισι, καὶ ἐν Αἰολοσίκωνι. *Verum & ipſe Ariſtophanes tanquam ventri deditum Herculem irridet & in Avibus, & in Aeoloſicone.* Platonius *de diff. Com.* Τὸν γοῦν Αἰολοσίκωνα Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ὃς οὐκ ἔχει τὰ χορικὰ μέλη. *Aeoloſiconem igitur Ariſtophanes docuit, qui non habet chorica carmina.* Et mox: Τοιοῦτος οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους.

Talis

*Talis eſt igitur mediae comoediae forma, qualis eſt Aeoloſicon Ariſtophanis.* Sed duplex hoc nomine Comoedia fuit; itaque

### ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

legitur apud Athenaeum *lib.* IX. Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι δευτέρῳ·

—— τῶν δὲ γηθύων
Ῥίζας ἐχόντων σκοροδόμητιν φύσιν.

*Ariſtophanes in ſecundo Aeoloſicone;*

—— *ſed gethyorum*
*Radices habentium allii naturam.*

### ΑΚΑΛΑΝΘΙΣ.

Agellius *lib.* XIX. *cap.* XIII. *Et, ſi mihi memoria, inquit, non labat, ſcriptum hoc eſt in Comoedia Ariſtophanis, cui nomen eſt* Ἀκαλανθίς.

### ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ.

Erotianus in *Lexico Hippocratis:* Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀμφιαράῳ. *Sicut etiam Ariſtophanes in Amphiarao.* Hephaeſtion in *Enchiridio:* Παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει ἐν Ἀμφιαράῳ·

—— εἴδαμεν ἀρχαῖον τ' ἰδών.

*Verum apud Ariſtophanem in Amphiarao;*

—— *ſcimus antiquumque videns.*

Harpocration in λαμπτρεῖ: Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ·

—— Λαμπτρεὺς ἔγωγε τῶν κάτω.

*Ariſtophanes in Amphiarao;*

—— *Lamprenſis ego ex inferioribus.*

Iterum *in* Φόρτιον: Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ. Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν ὀγδόῳ. *Ariſtophanes in Amphiarao. Xenophon Graecarum rerum octavo.* Scholiaſtes Comici in *Argumento Avium:* Τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε (ὁ Ἀριστοφάνης) διὰ Φιλωνίδου. *Amphiaraum docuit (Ariſtophanes) Philonidis tempore.* Meminitque iterum, *ad Aves.* Etymologici Auctor *in* Ἀντιβολῶ: Τὸ δὲ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἀμφιαράῳ, διὰ τοῦ ε ἀντιβολῆσαι δύο κλίσεις ὑπέστη. *Id vero apud Ariſtophanem in Amphiarao, per* ε ἀντιβολῆσαι *(occurrit) duas declinationes ſubiit.* Athenaeus *lib.* IV. Ὁ χαρίεις τε Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ ἔφη·

Πτισάνην διδάσκεις αὐτὸν ἕψειν, ἢ φακῆν.

Καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ·

Ὅστις φακῆς ἥδιστον ὄψον λοιδορεῖς.

*Et elegans Ariſtophanes in Gerutada dixit;*

*Hordeum piſtum doces illum coquere, vel lenticulam.*

*Et in Amphiarao;*

*Quicunque lenticulam dulciſſimum opſonium vituperas.*

Laudat quoque locis pluribus Julius Pollux, Suidas, & Aelianus *Hiſt. Anim.* lib. XII. cap. IX.

### ΑΝΑΓΥΡΟΣ.

Etymologici Auctor *in* Βουκέφαλος: Ὅτι δὲ τῶν Θετταλικῶν ἵππων τινὲς ἐκαλοῦντο βουκέφαλοι δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀναγύρῳ·

Μὴ κλαῖ', ἐγώ σοι βουκέφαλον ὠνήσομαι.

*Quod autem quidam equi Theſſalici appellabantur bucephali indicat Ariſtophanes in Anagyro;*

*Ne lachryma, ego tibi bucephalum emam.*

Citat etiam Athenaeus *libro* IV. VII. IX. Pollux *lib.* X. *cap.* XII. XIII. XXI. XXV. Itaque corrigendus idem *lib.* IX. *cap.* VI. Ἐν δὲ τῷ Ἀναγύρῳ, τὰ τρία ἡμιωβόλια, τριημιωβόλιον (Ἀριστοφάνης) εἴρηκεν. *In Anagyro autem (Ariſtophanes) ſemiobolos tres,* τριημιωβόλιον *dixit.* Invenies quoque apud ipſum Comici hujus Scholiaſten, locis pluribus; item Suidam, *in* ξυνέφερεν, οὐδὲ παρρησίας, ὀρθοπλήξ, παραβάλλομαι.

### ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ.

Laudatur alibi a Polluce:

### ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ.

Erotianus: Ἀριστοφάνης δ' ὁ Κωμικὸς ἐν Αὐτολύκῳ φησὶν ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας. *Ariſtophanes autem Comicus in Autolyco de recentiore forma inquit.* Scholiaſtes Comici, *Veſpis:* Οὐδὲ παλαίστρας. Δι' Εὔπολιν. ἐν Αὐτολύκῳ δὲ, τοιαῦτα φησί. τοῦτο δὲ καὶ ἐν Εἰρήνῃ, οὕτω. *Nec palaeſtrae. Propter Eupolim. In Autolyco autem, talia dicit. Illud vero etiam in Pace, ita.*

### ΑΧΑΡΝΕΙΣ.

Exſtant.

### ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΙ.

Ariſtoteles *Rhet.* lib. III. cap. II. Ὥσπερ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις, ἀντὶ μὲν χρυσίου, χρυσιδάριον· ἀντὶ δ' ἱματίου, ἱματιδάριον. *Quemadmodum etiam Ariſtophanes cavillatur in Babyloniis, pro* χρυσίου *(aurum) quidem,* χρυσιδάριον; *(parum auri) pro* ἱματίου *(veſtis)* ἱματιδάριον *parvum veſtimentum.* Scholiaſtes illic: Ὁ Ἀριστοφάνης δρᾶμα ἐποίησεν εἰς τοὺς Βαβυλωνίους. *Ariſtophanes fabulam fecit in Babylonios*

*nios.* Priſcianus *lib.* XVIII. *Ariſtophanes in Babyloniis*, Ἐπεί μέ φεύγειν οἴκαδε, *Innuit me fugere domum.* Stephanus *in* Λακεδαίμων: Λέγεται δὲ καὶ Λακεδαιμονιάζω, ὡς Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. *Sed etiam dicitur* Λακεδαιμονιάζω, *ſicut Ariſtophanes in Babyloniis.* Harpocration *in* στατήρ: Ἔστι τοὔνομα καὶ ἐν Βαβυλωνίοις Ἀριστοφάνους. *Eſt nomen illud etiam in Babyloniis Ariſtophanis.* Etymologici Auctor in Ζώστειον: Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις ζώστειον, ὡς Ὧρος ὁ Μιλήσιος εἴρηκεν. *Ariſtophanes in Babyloniis* ζώστειον, *(piſtrinum) prout Orus Mileſius dixit.* Vide eundem iterum *in* Ἐγκυκλόμενος. Zenobius *Cent.* II. *Proverb.* XXII. Μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις. *Meminit illius Ariſtophanes in Babyloniis.* Commemorat item Athenaeus *libri* III. & XI. Pollux *lib.* V. *cap.* XXV. *lib.* IX. *cap.* XX. *lib.* X. *cap.* VIII. XXIII. XXXII. XLIII. Heſychius in Εἰς τὸν λιμένα, Ἱστίανα, Suidas, *in* Σαμίων, ὁ δῆμος, Σῖμος, & ipſius quoque Comici Scholiaſtes *ad Acharnenſes.*

## ΒΑΤΡΑΧΟΙ.

Exſtant.

## ΒΟΗΘΟΙ.

Priſcianus *lib.* XVII. *Ariſtophanes* Βοηθοῖς·

Εὖ γὰρ εὖ πράττειν βούλομαί σε, πῶς λέγεις;

*Ariſtophanes in Auxiliatoribus;*

*Recte enim recte facere volo te, quomodo dicis?*

## ΓΕΩΡΓΟΙ.

Plutarchus in *Nicia:* Σκώπτει δ' αὐτὸν εἰς τοῦτο πάλιν Ἀριστοφάνης, ἐν μὲν Ὄρνισιν οὕτω πως λέγων·

Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν γέ πω
Ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾶν.

Ἐν δὲ Γεωργοῖς ταῦτα γράφων. *Exagitat autem illum in illis rurſus Ariſtophanes, in Avibus quidem hoc fere modo dicens;*

*Atqui per Jovem non dormitandi aliquomodo*
*Tempus eſt nobis, nec ut Nicias cunctandi.*

*In Agricolis vero haec ſcribens.* Hephaeſtion: Οὕτω γοῦν τὸ πολυθρύλλητον πεντάμετρον συντεθείκασιν, οὗ παραδείγματα ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Γεωργῶν. *Sic igitur celebratum pentametrum compoſuerunt, cujus exempla ex Agricolis Ariſtophanis.* Et mox: Ὅμως δ' ἐν τοῖς Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης ἐποίησε τὸν τέταρτον παίωνα ἀντὶ πρώτου. *Attamen in Agricolis Ariſtophanes quartum fecit hymnum pro primo.* Zenobius *Cent.* II. *Proverb.* XXVII. Μέμνηται αὐτῆς Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς. *Meminit illius Ariſtophanis in Agricolis.* Meminit Etymologici Auctor *in* γλισχρόμενος, Ἐλαΐζειν, & Ὄρχατος, Athenaeus *libris* III. XI. XIV. Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. *lib.* IX. *cap.* VI. *lib.* X. *cap.* XIX. Harpocration *in* Κωδία, & Στρόγγυλον, Stobaeus *Serm.* LIII. LIV. Priſcianus *lib.* XVIII.

## ΓΗΡΑΣ.

Phrynichus in *Eclogis Dict. Attic.* Χρὴ δὲ Ἀριστοφάνει ἀκολουθοῦντας λέγειν. ἐν γὰρ τῷ Γήρᾳ φησί. *Oportet igitur Ariſtophanem ſequentes dicere. In Senectute enim inquit.* Scholiaſtes Nicandri *ad Theriaca:* Ὡς δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ, γυναῖκα ποιήσας ἐπὶ ζεύγους ὄνων ὀχουμένην, παράγει τινὰ ἐρῶντα αὐτῆς. *Prout vero etiam Ariſtophanes in Senectute, mulierem cum finxiſſet aſinorum jugo vectam, aliquem illam amantem inducit.* Harpocration *in* Σκαφίον: Ὅτι δὲ τὸ σκαφίον εἶδος κουρᾶς, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ. *Quod vero ſcaphium ſit genus tonſurae, etiam Ariſtophanes in Senectute.* Meminerunt etiam Athenaeus *libris* III. IV. VII. Pollux *lib.* IV. *cap.* XXV. *lib.* VI. *cap.* X. *lib.* VII. *cap.* XXVII. *lib.* IX. *cap.* V. *lib.* X. *cap.* XV. XX. XLIII. Priſcianus *lib.* XVIII. Etymologici Auctor *in* μορμολυκεῖον. Suidas *in* Στλεγγίς.

## ΓΗΡΟΛΟΡΔΟΣ.

Aelianus *Hiſt. Animal.* lib. XII. cap. IX. Μέμνηται δὲ καὶ τοῦ ὄρνιθος τοῦδε Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ λέγων·

Ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον, ὥσπερ κίγκλου
Ἀνδρὸς πρεσβύτου. τελεῖ δ' ἀγαθὴν ἐπαοιδήν.

Καὶ ἐν τῷ Γηρολόρδῳ·

Κιγκλοβάταν ῥυθμόν. ——

*Meminit autem etiam illius avis Ariſtophanes in Amphiarao dicens;*

*Lumbos autem ex ſummis viribus move, ſicut motacillae*
*Viri ſenis. Perficit autem bonam incantationem.*

*Et in Senectute curva;*

*Iuſtar motacillae procedentem rhythmum.* ——

## ΓΗΡΥΤΑΔΗΣ.

Heſychius *in* Αὐτοὶ θόρυβοι: Ἐπὶ γὰρ τῶν καλουμένων ὑπό τινων λέγεται. Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ. *Nam de appellatis ab quibusdam dicitur. Ariſtophanes in Gerutada.* Erotianus: Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ φησί. *Prout etiam Ariſtophanes in Gerutada dicit.* Scholiaſtes Sophoclis *ad*

*Ele-*

*Electram:* Καὶ ταῦτα Ἀριστοφάνης παρῴδηκεν ἐν Γηρυτάδῃ. *Et haec Ariſtophanes in Gerutada imitatus eſt.* Citant quoque Athenaeus, & Pollux, locis pluribus, Etymologici Auctor *in* Ἠίων, Harpocration *in* Βωμολοχεύεσθαι, Ἑρμᾶς, & Ναΐς.

## ΓΛΑΥΚΟΣ.

Pollux *lib.* III. *cap.* III. Ἀριστοφάνης Γλαύκῳ·
Καλύψας τῷ καλύμματος τελέως ἰῷ,
Διεπαρθένευσα. ———
*Ariſtophanes in Glauco;*
*Tegens tegminis pallio trito*
*Devirginavi.* ———

## ΔΑΙΔΑΛΟΣ.

Clemens *Strom.* VI. Πλάτων δὲ ὁ Κωμικὸς, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ, τὰ ἀλλήλων ὑφαιροῦνται. *Plato autem Comicus, & Ariſtophanes in Daedalo, ſua invicem ſuffurantur.* Erotianus: Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ φησίν. *Et Ariſtophanes in Daedalo inquit.* Pollux *lib.* VII. *cap.* XXIII. Καὶ κογχυλίας δὲ λίθος, ἐν Ἀριστοφάνους Δαιδάλῳ. *Verum & lapis conchyliae, in Ariſtophanis Daedalo.* Heſychius: Δορυφόνον, τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ. Δορυφόνον, *dolo occidentem. Ariſtophanes in Daedalo.* Phrynichus: Κάκκαβον, διὰ τοῦ η κακκάβην λέγε. διὰ γὰρ τοῦ ο, ἀμαθές. καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η. Κάκκαβον, *per* η κακκάβην *dic; nam per* ο, *indoctum. Nam & Ariſtophanes in Daedalo per* η *utitur.* Meminit Suidas, *in* Ὄνου σκιά, & Ὑπηνέμια, Athenaeus, locis pluribus.

## ΔΑΙΤΑΛΕΙΣ.

Phrynichus in *Ecl. Dict. Attic* Ἔστι μὲν ἠπήσασθαι ἅπαξ παρ᾽ Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι παίζοντι τὰς Ἡσιόδου Ὑποθήκας. *Eſt quidem* ἠπήσασθαι (*ſarcire*) *ſemel apud Ariſtophanem in Convivatoribus Heſiodi Praecepta irridentem.* Etymologici Auctor: Δαιταλεὺς, ὁ συνευωχητής· ἀφ᾽ οὗ δρᾶμα Ἀριστοφάνους ὠνόμασται Δαιταλεῖς. Δαιταλεὺς, *conviva; a quo fabula Ariſtophanis Convivatores nominata eſt.* Corrigendus eſt Galenus in *Lexico Hippocratis*, in *Prooemio:* Νομίζω δή σοι τὰ ὑπ᾽ Ἀριστοφάνους ἀρκέσειν, τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων. *Puto ſane tibi illa ab Ariſtophane ſuffectura quae ex Convivatoribus.* Et mox: Προβάλλει γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης. *Projicit enim in illa fabula ex Convivatorum populo ſenex.* Utrobique perperam ſcribitur, Δαιταλέων. Et ita recte etiam olim cenſuit Typographorum omnium maximus, Henricus Stephanus, cui nunquam pro tam praeclaris in Remp. Literariam meritis docti viri dignas reddere gratias poterunt. Thomas Magiſter, in *Dict. Attic.* Καὶ Ἀριστοφάνης, ἐν Δαιταλεῦσι·
Καὶ κόσκινον ἠπήσασθαι ———
*Et Ariſtophanes in Convivatoribus;*
*Et cribrum ſarcire* ———
Laudant pluribus locis Athenaeus, & Pollux, item Harpocration *in* Ἐπίτιμπτον, & Ναυτοδίκαι, & Suidas *in* Ἀναλίσκειν, Ἀνάστατοι, Αἰγίλιον, Ῥαγδαῖος, Σεῖσαι, Στλεγγὶς, Τοῦ.

## ΔΑΝΑΙΔΕΣ.

Etymologici Auctor: Ἀπαλαίπωρον, ῥᾴθυμον, ὀλίγωρον. Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν. *Non miſerum, deſidem, negligentem. Ariſtophanes in Danaidibus.* Suidas: Ἀργύριον δὲ, τὸ λεπτὸν νόμισμα καλοῦσιν. ὡς Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν. *Argentum autem, tenuem nummum vocant: ſicut Ariſtophanes in Danaidibus.* Iterum alibi: Κλειταγόρα, ποιήτρια Λακωνική. μέμνηται δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσι. *Clitagora, poëtria Laconica. Meminit autem Ariſtophanes in Danaidibus.* Vide eundem, *in* Ἀπαλαίπωρον, & Λυγκέως. Laudat rurſum *in* Χύτραις. Commemorat ipſius quoque Comici Scholiaſtes *ad Plutum*, & *Pacem*, item Athenaeus, & Pollux, pluries.

## ΔΗΛΙΑ.

Athenaeus *lib.* IX. Οὕτω δ᾽ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Δηλίᾳ. *Sic autem dixit Ariſtophanes in Delia.*

## ΔΙΟΝΑΥΑΓΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* VIII. Καλεῖται δὲ καὶ τὸ κλινίδιον, καὶ κλιντήριον. ὡς ἐν Διονυαυάγῳ Ἀριστοφάνης ἔφη. *Verum etiam appellatur clinidium, & clinterium,* lectulus; *ſicut in Jove-naufrago Ariſtophanes dixit.*

## ΔΡΑΜΑΤΑ.

Heſychius: Βύρσαν, τὴν πόλιν Ἀθηνῶν Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι παίζων ἔφη. *Byrſam, urbem Athenarum Ariſtophanes in Fabulis irridens dixit.* Ita reſtituo. Perperam editur, ἐν Ἀράμασι. Sed duplex inſcriptio erat; una,

## ΔΡΑΜΑΤΑ, ἢ ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

Pollux *lib.* VII. *cap.* V. Τῶν δὲ περὶ ἀρτοπωλίαν, ἀθρόα ἐν Ἀριστοφάνης Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ. *Quae vero ad panis venditionem, conferta in Ariſtophanis Fabulis, vel Centauro.* Iterum *lib.* IX. *cap.* V. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν μὲν Δράμασιν ἢ ἐν Κενταύρῳ ἔφη. *Ariſtophanes igitur in Fabulis quidem vel in Centauro dixit.* Occurrit rurſum eodem *libro*, *cap.* VI. *lib.* X. *cap.* XLVIII. Heſychius: Κύλλου πήραν· ζητοῦσι διά τι τὸ πορνεῖον Κύλλου πήραν Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Δράμασιν. ἢ Κενταύρῳ. *Cylli pera. Quaerunt quamobrem lupanar Cylli peram dixerit Ariſtophanes in Fabulis, ſeu Centauro.* Emendandus idem *in* Οὐ γὰρ ἀκάνθαις, ubi perperam hodie editur, Καὶ ἐν Δράμασιν ἥκει ταύρῳ, *Et in Fabulis venit tauro.* Reſcribo, Καὶ ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ, *Et in Fabulis, ſeu Centauro.* Athenaeo ſimpliciter Κένταυρος indigetatur, *lib.* XIV. Ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ. *Cujus meminit Cratinus in Nemeſi, & Cephiſodorus in Amazonibus, Ariſtophanesque in Centauro.* Suidas: Πρόδικον· δικαστὴν ἐπὶ φίλων, καὶ διαιτητήν. Ἀριστοφάνης Κενταύρῳ· Πρόδικον; *judicem apud amicos & arbitrum. Ariſtophanes in Centauro.* Altera inſcriptio,

## ΔΡΑΜΑΤΑ, ἢ ΝΙΟΒΗ.

Pollux *lib.* X. *cap.* XXVII. Σαφέστερον ἐν δὲ τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Νιόβῃ. *Manifeſtius autem in Ariſtophanis Fabulis, ſeu Niobe. Cap.* XXXVIII. Καὶ ἔστι τοὔνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Νιόβῃ. *Et eſt nomen in Ariſtophanis Fabulis, ſeu Niobe. Cap.* XLVIII. Πλινθεῖον καλεῖ ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβῃ Ἀριστοφάνης. *Figulinam appellat in Fabulis ſeu Niobe Ariſtophanes.* Scholiaſtes Euripidis ſingulariter dixit, Δρᾶμα Νιόβης. Locus eſt *ad Phoeniſſas*: Ὅμως καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ, καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Δράματι Νιόβης, ὁμοίως ἑπτὰ αὐτὰς λέγουσι. *Tamen etiam Aeſchylus in Niobe. ſed & Ariſtophanes in Fabula Niobes, ſimiliter ſeptem illas dicunt.*

## ΕΙΡΗΝΗ.

Exſtat. Verum duplex iſta fuit. Scholiaſtes Comici *in Argumento* ejus Fabulae: Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Κράτης μέντοι δύο οἶδε δράματα, γράφων οὕτως. Ἀλλ' οὖν γε ἐπὶ τοῖς Ἀχαρνεῦσιν, ἢ Βαβυλωνίοις, ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ. καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ οὐκ ἔστιν. *Fertur in doctrinis, etiam alteram ſimiliter ab Ariſtophane edoctam fuiſſe Pacem. Non perſpicuum igitur inquit Eratoſthenes, utrum eandem rurſus docuerit, an aliam demiſerit, quae non extat. Crates vero duas fabulas dixit, ita ſcribens. At igitur in Acharnenſibus, vel Babyloniis, vel in altera Pace. Etiam ſparſim aliqua poëmata apponit, quae in illa, quae nunc fertur, non ſunt.*

## ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Exſtant.

## ΗΡΩΕΣ.

Stephanus *in* Ἄργος: Λέγεται γὰρ καὶ Ἀργόλας. Ἀριστοφάνης Ἥρωσι, *Nam dicitur quoque Argolas. Ariſtophanes in Heroibus.* Diogenes Laërtius in *Pythagora*, *lib.* VIII. Ἀριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Ἥρωσι *Ariſtophanes autem heroum eſſe ea quae cadunt, in Heroibus inquiens.* Athenaeus *lib.* IX. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ἥρωσι χερνίβιον εἴρηκεν. *Ariſtophanes autem in Heroibus* χερνίβιον, (*polubrum*) *dixit.* Citat quoque Suidas *in* Ἀμφορεαφόρος, Etymologici Auctor *in* Πίων, & Pollux locis pluribus, Schol. Comici, *Avibus.*

## ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Exſtant. Sed duplex eo nomine Comoedia fuit; & altera inſcripta erat,

## ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

Suid. II. 6. 68. Quam Demetrius Troezenius exſtimabat inſcribi debere

## ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΣΑΣΑΙ.

Athenaeus *lib.* I. Ἀριστοφάνης τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. *Ariſtophanis ſecundas Theſmophoriazouſas Demetrius Troezenius Theſmophoriaſaſas inſcribit.* Quae hodie exſtant, ſunt

ΘΕΣ-

## ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΠΡΟΤΕΡΑΙ.

Et ex iis citat iſtos verſus quosdam Agellius *lib.* XV. *cap.* XX. *Ejus odii* ( de Euripide loquitur, in quem eſt tota illa Fabula ) *in mulieres Ariſtophanes quoque meminit* ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, *in his verſibus.* Hephaeſtion 42. In has multa tranſtulerat de Cratini Ἐμπιπραμένοις. Clemens *Strom.* VI. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετήνεγκεν ἔπη. *Ariſtophanes autem comicus in primis Theſmophoriazouſis carmina ex Cratini Venditis tranſtulit.*

## ΙΠΠΕΙΣ.

Exſtant.

## ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ.

Vide in Δράμαϛα.

## ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ.

Heſychius: Στειλέαν, τὴν μακρὰν ῥάφανον, Ἀριστοφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ. Στειλέαν, *longum raphanum, Ariſtophanes in Citharoedo.*

## ΚΟΤΥΛΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* XXIII. Λέγει γοῦν ἔτι (Ἀριστοφάνης) ἐν Κοτύλῳ·

Καὶ πάντα κάναστρα. ———

*Dicitur igitur praeterea ( Ariſtophanes ) in Cotylo;*

*Et omnes cophini.* ———

## ΚΩΚΑΛΟΣ.

Athenaeus *lib.* IV. Καὶ ὁ καλὸς δ' Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ ἔφη. *Sed pulcher etiam Ariſtophanes in Cocalo dixit.* Et laudat iterum *lib.* XI. Erotianus: Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ φησὶ, παρέσο κατέτριβεν ἱμάτια. *Et Ariſtophanes in Cocalo inquit, remitte confregit veſtes.* Zenobius *Cent.* VI. *Proverb.* XLVII. Μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ. *Meminit illius Ariſtophanes in Cocalo.* Clemens *Strom.* VI. Τὸν μέντοι Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα πρὸς Ἀραρότος τῷ Ἀριστοφάνους υἱεῖ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ. *Cocalum porro apte compoſitum ab Ariſtophane fecit Philemon Comicus mutans in Suppoſititio.* Heſychius: Ἰπνὸς, κάμινος, φοῦρνος, φαρὸς, κλίβανος, μαγειρεῖον, καὶ μέρος τι νεώς. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Κωκάλῳ, καὶ τὸν κοπρῶνα οὕτως εἶπεν. Ἰπνὸς, *caminus, furnus, pharus, clibanus, culina, & pars quaedam navis. Ariſtophanes autem in Cocalo, etiam ſterquilinium ita dixit.* Macrobius *Saturnal.* lib. V. cap. XVIII. *Ariſtophanes, vetus Comicus, in comoedia Cocalo ſic ait.* Scholiaſtes Comici in *Argumento Pluti:* Τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα. *Reliquas duas per illum demiſit, Cocalum & Aeoloſiconem.* Et in *Vita ejus:* Πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ· ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν. *Verum etiam primus novae comoediae modum oſtendit in Cocalo; ex quo initium ſumentes & Menander & Philemon fabulas fecerunt.* Scribendi occaſionem narrat idem mox, *ibidem:* Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγοῦ, (lego, Μορυχίδου) ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινὰ, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων τὸ χορηγεῖν, καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τῆς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τούτων αὐτῶν. τὸ αἴτιον γὰρ κωμῳδίας, τὸ σκώπτειν τινάς· ἔγραψε κωμῳδίας τινὰς, Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν, καὶ ἀναγνωρισμὸν, καὶ τἆλλα πάντα, ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος. *Decreto enim facto Morychidis, ut ne nominatim comoedia quenquam perſtringerent, & choragis ſumptus praebere non ſuſtinentibus, & omnibus derelicta comoediarum materia propter haec ipſa; (cauſa enim comoediae eſt, aliquos conviciis petere ) ſcripſit comoedias quasdam, Cocalum, in quo introducit corruptionem, & agnitionem, & alia omnia, quae Menander aemulatus eſt.* Citat quoque Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Suidas, *in* Ὧδε, Harpocration *in* Πώμαλα.

## ΛΗΜΝΙΑΙ.

Harpocration *in* Ἀρκτεῦσαι: Οἱ δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις. *Quod vero* ἀρκτευόμεναι *(urſarum inſtar) agentes virgines* ἄρκτοι *(urſae) appellantur, Euripides in Hypſipyle, Ariſtophanes in Lemniis.* Et *in* Μέταυλος: Μέταυλός ἐστιν ἡ ῥυπαρὰ λεγομένη αὐλὴ, οὗ ὄρνιθες ἦσαν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις. Μέταυλος *eſt ſordida dicta area, ubi aves erant. Ariſtophanes in Lemniis.* Ammonius *in* Τύραννος: Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις·

Ἐνταῦθ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴρ
Θόας, βραδύτερος τῶν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν.

*Et Ariſtophanes in Lemniis;*

*Illic tyrannus erat Hyſipyles pater*
*Thoas, tardior inter homines currere.*

Suidas in Ἀπηχθέσατο: Λημνίαις Ἀριστοφάνης·

Τοὺς ἄνδρας ἀπηχθέσαντο τοὺς παιδοσπόρους.

*Ariſtophanes in Lemniis;*

*Viros interfecerunt liberorum ſatores.*

Quem verſum citat etiam Auctor Etymologici, in eadem dictione, ſed non nominata Fabula Suidas iterum, *in* Ὦ νῦν θερμοὶ βωμοί: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Λημνίαις·

——— τὴν κρατίστην δαίμον', ἧς

Νῦν θερμός ἐσθ' ὁ βωμός. ———

*O nunc calidae arae: Ariſtophanes autem in Lemniis,*

——— *optimam deam, cujus*

*Nunc calida eſt ara.* ———

Ita locus ille concipiendus. Idem *in* Ψαμμακοσιογάργαρα corruptus:

——— ὡς ἐν Λήμναις,

Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαρ' ἐστί.

——— *ſicut in Lemnis,*

*Viris externis tota abundabat domus.*

Reſcribe, Ὡς ἐν Λημνίαις, *Sicut in Lemniis.* Vide rurſum *in* χρή. Nominat autem Fabulam, & Auctoris nomen omittit. Idem facit Heſychius *in* Δορυαλλός: Δορυαλλός, τὸ τῶν γυναικῶν μόριον, ἀπὸ τοῦ δέρειν· ἢ ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δοζύλλου, οὗ μέμνηται ἐν Λημνίαις. *Doryallus, mulierum membrum ab nudando; vel in contumeliam tragici Dozylli, cujus meminit in Lemniis.* Qui locus corruptus, legendumque ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δοριάλλου, *in contumeliam tragici Dorialli.* Et initio, Δοριαλλός, non Δορυαλλός. Ita ſcribitur apud Suidam, & Auctorem Etymologici. Verſus autem Comici quem deſignat, iſte eſt,

Αἱ μὲν γυναῖκες τὸν Δοριάλλον φρύγουσι.

*Faeminae quidem Doriallum ſepiunt.*

Exſtat apud Etymolog. *in* Δοριαλλός, & Scholiaſten Ariſtophanis *Ranis.* Meminerunt quoque locis pluribus Athenaeus, & Pollux.

## ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

Exſtat.

## ΝΑΥΑΓΟΣ.

Haec non tam Ariſtophanis, quam Archippi, eſt putata. Vide paullo poſt in Νιόβη.

## ΝΕΦΕΛΑΙ.

Exſtant. Sed binae hoc nomine Fabulae erant. Itaque citantur

## ΝΕΦΕΛΑΙ ΠΡΩΤΑΙ.

Scholiaſtes Comici in *Argumento Nubium:* Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου. *Primae Nubes in urbe doctae ſunt, archonte Iſarcho.*

## ΝΕΦΕΛΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ.

Idem Scholiaſtes *ibidem:* Αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι (ἐδιδάχθησαν) ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος. *Secundae autem Nubes (doctae ſunt) archonte Aminia.* Laudantur quoque ab Athenaeo, *lib.* VII. Ἀριστοφάνης, δευτέραις Νεφέλαις·

Τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

*Ariſtophanes, ſecundis in Nubibus;*

*Imagines anguillarum meas imitantes.*

Qui verſus exſtat pag. 159 Iterum *lib.* VIII. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις δευτέραις, ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν. *Ariſtophanes in Nubibus ſecundis, opſonia edere, non turdos epulari.* Exſtat pag. 179. Atque ex gemina hac citatione apparet, eſſe Νεφέλας δευτέρας, quae nunc exſtant. Tertium quoque indicium habeo. Acta eſt haec Fabula archonte Aminia; quem cum in Comoedia perſtringere lex vetaret, & tamen id facere vellet Ariſtophanes, Amyniam pro Aminia dixit, ne peccare contra legem videretur. Locus exſtat in hac ipſa Fabula:

Ἀτὰρ τί χρέος ἔτι με μετὰ τὸν Πασίαν;

Τρεῖς μναῖ ὀφείλουσι, καὶ τροχοῖν Ἀμυνίου.

*Sed quodnam debitum reſtat poſt Paſiam?*

*Minae tres pro ſella curuli, & pro rotis Amyniae.*

Ubi Scholiaſtes: Καὶ οὗτος τῶν ὑπὲρ ἵππους πλαισάντων. μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς Σφηξί. νῦν δὲ οὐκ ἐκεῖνον καθαπτόμενος μνημονεύει αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα διασύρειν βουλόμενος, τῇ ἐκείνου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο· τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμεινίας, Πρoνάπου υἱός· ἐκεῖνον δὲ ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς τὸ υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως. ἐπεὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν. *Et ille unus eorum, qui ſuper equos offenderunt. Sed meminit ejus quoque in Veſpis. Nunc autem illum non laceſſens meminit ejus, ſed archontem perſtringere volens, illius appellatione uſus eſt; tunc enim Aminias Pronapi filius archon erat. Illum igitur convitiari volens, convertit ι in υ, & ridicule ſcripturam mutavit; quoniam apud Athenienſes lex palam prohibebat archontem in comoedia irridere.*

## ΝΗΣΟΙ.

Etymologici Auctor: Ἔλυμος, σπέρμα τι, ὃ ἑψῶντες οἱ Λάκωνες ἤσθιον. Ἀριστοφάνης Νήσοις. *Elymos, ſemen quoddam, quod coquentes Lacones edebant. Ariſtophanes in Inſulis.* Et iterum alibi: Ἔνδημος, ὁ μὴ ἀποδημῶν· ἐπίδημος δὲ, ὁ ἐπιδημῶν ξένος, καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νήσοις. Ἔνδημος, *non peregrinans;* ἐπίδημος, *verſans inter nos peregrinus; etiam apud Ariſtophanem in Inſulis.* Heſychius: Θύρσου κυνῆ. Ἀριστοφάνης ἐν Νήσοις, οὐ τοῦ αὐλητοῦ μνημονεύων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ φύλλα εἰπεῖν καὶ κλάδους. *Thyrſi galea. Ariſtophanes in Inſulis, non tibicinis mentionem faciens, ſed ut loco foliorum & ramorum diceret.* Meminerunt etiam Stobaeus *Serm.* LIII. Suidas, *in* ἐξέχειν, ξωνένοφεν, & Pollux loco non uno. Sed dubitatum fuiſſe video, an haec Comici iſtius Fabula eſſet. Pollux *lib.* IX. *cap.* VI. Ἐγὼ δ' εὗρον ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα, ὡς Ἀριστοφάνους γνήσιον. *Ego vero inveni in Ariſtophanis Inſulis, niſi in ſuſpicione eſſet fabula, ut Ariſtophanis genuina.* Quidam Archippi eſſe putabant. Vide ſtatim infra, in Νιόβη.

## ΝΙΟΒΗ.

Vide in Δράμασι. Sed Archippi haec putata eſt. Scholiaſtes in *ejus Vita*: Ἔγραψε δὲ δράματα μδʹ. ὧν ἀντιλέγεται τέσσαρα, ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα· Ποίησις, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβη· ἅ τινες ἔφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου. *Scripſit autem fabulas* XLIV. *quarum quatuor ejus eſſe negantur. Hae autem ſunt, Poeſis, Naufragus, Inſulae, Niobe; quas Archippi eſſe aliqui dixerunt.* Vide & Poll. 438.

## ΟΒΡΙΜΟΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* III. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φησίν. *Ariſtophanes autem in Vehementi loquitur.*

## ΟΛΚΑΔΕΣ.

Stephanus *in* Φᾶσις: Τὸ ἐθνικὸν Φασιάτης, καὶ Φασιατικὸς, καὶ Φασιανός. Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσι. *Gentile Phaſiates, & Phaſiaticus, & Phaſiatinus. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Harpocration *in* Ἐπίγονοι: Κέχρηνται τῷ ὀνόματι καὶ οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταί. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. *Uſi ſunt illo nomine etiam veteris comoediae poëtae. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Emendandus eſt Suidas *in* Εὔαθλος: Εὔαθλος, ῥήτωρ ἦν πονηρός. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. *Euathlus rhetor erat malus. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Non recte editur, Ἀριστος Ὁλκάσιν. Et meminit iterum idem in Ηκ. Heſychius: Ἀποσφακελίσαι, ἐσάπη. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. Ἀπεσφακέλισε, (*ſphacelo laboravit*) *putruit. Ariſtophanes in Navibus onerariis.* Citant quoque non ſemel ipſius Comici Scholiaſtes, Pollux, & Athenaeus.

## ΟΡΝΙΘΕΣ.

Exſtant.

## ΠΕΛΑΡΓΟΙ.

Scholiaſtes Comici *ad Plutum*: Κακόβιός τις, καὶ φιλοχρήματος, καὶ σκνιφὸς κωμῳδεῖται· ὡς ἐν Πελαργοῖς εἴρηται περὶ τούτου. *Duriter quidam vivens, & avarus, & hebes viſu perſtringitur comoedia; quemadmodum in Ciconiis de illo dictum eſt.* Iterum *ibidem*: Εἴρηται δὲ καὶ Πελαργοῖς περὶ αὐτοῦ, ὅτι ῥήτωρ καὶ συκοφάντης. *Sed etiam dictum eſt de illo in Ciconiis, quod rhetor & ſycophanta erat.* Et meminit rurſum *ad Veſpas.* Harpocration *in* Οἰκίσκῳ: Ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς. *A nobis autem aviarium appellatum Attici domunculam nominabant. Ariſtophanes in Ciconiis.* Thomas Magiſter: Σημεῖον λέγοντες, Σημειοῦσθαι οὐ λέγομεν, ἀλλ' Ἀποσημαίνεσθαι· ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς·

> Ἀποσημηνάμενος τὰς κακούργων οἰκίας.

*Quum* Σημεῖον (*ſignum*) *dicamus, non dicimus* Σημειοῦσθαι, *ſed* Ἀποσημαίνεσθαι; (*annotare*) *ſicut Ariſtophanes in Ciconiis;*

> *Annotavi maleficorum domos.*

Pollux *lib.* VII. *cap.* XXIV. Ἱερὰ δὲ χαλκώματα Ἀριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς καὶ Σφηξὶν εἶπε. *Sacra autem aerea vaſa Ariſtophanes in Ciconiis & Veſpis dixit.* Athenaeus *lib.* IX. Ἐν δὲ Πελαργοῖς (Ἀριστοφάνης) κεφαλάς τ' ἀρνῶν, κωλᾶς ἐρίφων. *In Ciconiis autem; (Ariſtophanes) capitaque agnorum, armos hoedorum.* Iterum: Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς·

> — ἀτταγᾶς ἥδιστον ἕψειν ἐν ἐπινικίοις κρέας.

*Ariſtophanes in Ciconiis;*

> *— attagae dulciſſimam coquere in victoriae epulis carnem.*

## ΠΕΛΑΣΓΟΙ.

Athenaeus *lib.* VI. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς·

—— ἢν συνδιώκῃς ἄνδρ' ἕνα
Ἄδικον, ἀντιμαρτυροῦσι δώδεκα
Τοῖς ἑτέροις ἐπισίτιοι. ——

*Ariſtophanes in Pelasgis;*

—— *ſi perſequaris virum unum*
*Injuſtum, contra teſtantur duodecim*
*Aliis illi, qui ſe alimentis elocarunt.* ——

Ita verſus illos ibi luxatos reſtituo. Pollux *lib.* X. *cap.* XLIV. Ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Πελασγοῖς, χαλκώματα, προσκεφάλαια. *Sed etiam Ariſtophanes in Pelasgis, aenea vaſa, pulvinos.* Sed valde equidem vereor, ne utrobique Πελαργοῖς ſcribendum ſit, pro Πελασγοῖς. Judicium eſto penes Senatum Rei Literariae.

## ΠΕΡΙΑΛΓΗΣ.

Scholiaſtes Comici *ad Aves:* Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ἐν Περιαλγεῖ. *Significat autem illud Ariſtophanes in Vehementer-dolente.* Ita emendo: non recte editur, ἐν Περιαγεῖ. Eſt eodem titulo Platonis quoque Comici fabula. Vide infra.

## ΠΛΑΤΑΝΙΣΤΑΙ.

Etymologici Auctor *in* Αἰδοιέστατος: Ἀριστοφάνης Πλατανισταῖς·

Ἵν' ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου.

*Ariſtophanes in Plataniſtis;*

*Ut amoveamus virum rapaciſſimum.*

## ΠΛΟΥΤΟΣ.

Duplex hoc nomine Comoedia fuit; & invenitur

## ΠΛΟΥΤΟΣ ΠΡΩΤΟΣ,

apud Scholiaſten Comici *Ranis:* Καὶ ἐν Πλούτῳ α.

Τῶν λαμπαδηφόρων τε πλείστων αἴτιον
Τοῖς ὑστάτοις πλατειῶν. ——

*Et in Pluto primo;*

*Et lampadiferorum plurimorum cauſam*
*Poſtremis platearum.* ——

## ΠΛΟΥΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

apud Athenaeum *lib.* IX. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ δευτέρῳ·

Οἴμοι δὲ κωλῆς, ἣν ἐγὼ κατήσθιον.

*Ariſtophanes in Pluto ſecundo;*

*Hei bei autem pernae, quam ego comedi.*

Itaque obſervo primam *Plutum* periiſſe nobis, ſecundam autem ſuperſtitem eſſe; nam eſt iſte verſus, quem Athenaeus inde laudat, in ea *Pluto* quae hodie circumfertur, Scena Τίς ἐσθ' ὁ κόπτων. Scholiaſtes Comici *ad Plutum:* Τοῦτο οὖν ἔοικέ τις ἐκ τοῦ δευτέρου Πλούτου μετενεγκὼν ἐνθάδε, ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας τῆσδε. *Illud igitur videtur aliquis ex ſecundo Pluto huc transferens, neglexiſſe hanc rationis tenuitatem.*

## ΠΟΙΗΣΙΣ.

Haec non Ariſtophanis, ſed Archippi, eſt putata. Vide Scholiaſtae verba paullo ante prolata in Νιόβη.

## ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ.

Etymologici Auctor *in* Ἔρημος: Ἔρημον ἐμβλέπειν, ἀκίνητον καὶ νωθρόν. οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς βλέπωμεν. Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ. *Solitarium inſpicere, immobilem & pigrum. Quomodo, quando in deſertum aut pelagus magnum & vaſtum reſpicimus. Ariſtophanes Polyido.* Iterum alibi: Θησειότριψ· ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Ἀριστοφάνης ἐν Πολυείδῳ. Θησειότριψ; *qui in Theſei templo moratus eſt. Ariſtophanes in Polyido.* Laudat item Pollux *lib.* IX. *cap.* V. VIII. & *lib.* X. *cap.* IX. Suidas, *in* Ἀνάριστος, & ἔρημον ἐμβλέπειν.

## ΠΟΑΣΤΡΙΑΙ.

Scholiaſtes Comici *ad Aves:* Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ἐν Περιαλγεῖ·

Χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

*Λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτὸς, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος.* *Oſtendit autem illud Ariſtophanes in Vehementer-dolente;*

*Benignum non juxta Midiam coturnices caedentem.*

*Dicit autem in Runcatricibus idem, tanquam ipſe circa gallos gallinaceos ſtudioſus fuerit.*

## ΠΡΟΑΓΩΝ.

Pollux *lib.* X. *cap.* IX. Οὐ γὰρ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάτου τὰ λάσανα ὀνομαστέον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ πηγνυμένου, μαρτυροῦσιν Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Προαγῶνι εἰπὼν, &c. *Quod autem non tantum de immobili latrina matulae nominandae ſunt, ſed etiam*

*etiam de ea quae ponitur, teſtantur Ariſtophanes quidem in Proludio certaminis dicens,* &c. Athenaeus *lib.* III. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Προαγῶνι·

Κάμνοντα δ' αὐτὸν τοῦ θέρους ἰδών ποτε.

*Ariſtophanes autem in Proludio certaminis;*

*Laborantem vero illum aeſtate videns aliquando.*

Et mox iterum: Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶνι·

Ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος τέκνον.

*Ariſtophanes in Proludio certaminis;*

*Guſtavi lactes miſer ó gnate.*

Occurrit rurſum *lib.* IX. X. XI. Laudat etiam Suidas, *in* Σταθερόν.

## ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΙ.

Athenaeus *lib.* IV. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πυθαγορείοις·

Τί πρὸς θεῶν οἰόμεθα τοὺς πάλαι ποτὲ
Πυθαγοριστὰς γενομένους ὄντως ῥυπᾶν
Ἑκόντας, ἢ φορεῖν τρίβωνας ἡδέως;

*Ariſtophanes autem in Pythagoreis,*

*Quid per deos putamus eos, qui antiquitus aliquando*
*Pythagoriſtae exſtiterunt revera ſordidos fuiſſe*
*Volentes, vel geſtaviſſe pallia trita libenter?*

## ΣΕΡΙΦΟΙ.

Scholiaſtes Comici *ad Veſpas*: Ὧδε μὲν ὡς φιλόκυβος ὁ Ἀμυνίας κωμῳδεῖται· ἐν δὲ Σερίφοις, ὡς ἀλαζὼν, καὶ συκοφάντης, καὶ κόλαξ. *Sic quidem tanquam aleae cupidus Amynias perſtringitur; in Virginibus autem ſeneſcentibus, tanquam jactator, & ſycophanta, & aſſentator.*

## ΣΚΗΝΑΣ ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΑΙ.

Harpocration *in* Δήμαρχος: Ὅτι δὲ ἐνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι, δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. *Quod autem demarchi pignora capiebant, declarat Ariſtophanes in Tentoria occupantibus.* Heſychius: Οὐ γὰρ ἄκανθαι· παροιμία. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις·

Οὐ γὰρ ἀντίλεγες τούτῳ τῷ δείπνῳ,
Οὐ γὰρ ἄκανθαι. ———

*Non enim ſpinae; proverbium. Ariſtophanes Tentoria occupantibus;*

*Non enim contradixiſti huic convivio;*
*Non enim ſpinae.* ———

Athenaeus *lib.* IV. Τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις κακκάβην εἴρηκεν. *Ollam autem Ariſtophanes in Tentoria occupantibus caccaben dixit.* Et *lib.* VII. Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις·

——— ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα
Μεστὴν βοάκων ἀπεβάδιζον οἴκαδε.

*Ariſtophanes Tentoria occupantibus;*

——— *ſed habens ventrem*
*Plenum boacis abibam domum.*

Laudat etiam pluribus locis Julius Pollux.

## ΣΦΗΚΕΣ.

Exſtant.

## ΤΑΓΗΝΙΣΤΑΙ.

Etymologici Auctor *in* Ἦτρον: Ἀριστοφάνης ἠτριαῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· καὶ ἠτριαία θηλυκὸν, ἐν Ταγηνισταῖς. *Ariſtophanes* ἠτριαῖον *(imus venter) in Theſmophoriazouſis dixit; &* ἠτριαία *foemininum, in Sartagine-frigentibus.* Iterum *in* Κονίσαι: Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Ταγηνισταῖς, τὸ περιενεγκεῖν * κονῖσαι λέγει. *Sed & Ariſtophanes in Sartagine-frigentibus, contendere vertere dicit.* Harpocration *in* Ἀπολαχεῖν: Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς·

Οὐ μὲν ὅ γε σὸς ἀδελφὸς ἀπελάγχανεν.

*Ariſtophanes Sartagine-frigentibus;*

*Non tamen tuus frater infeliciter ſortitus eſt.*

Occurrit quoque Fabulae hujus mentio apud Comici ipſius Scholiaſten *ad Ranas*, Athenaeum, Suidam, & Pollucem, locis pluribus.

## ΤΕΛΜΙΣΣΕΙΣ.

Athenaeus *lib.* VII. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Τελμισσεῦσι μελανοπτερύγων ἔφη κορακίνων. *Ariſtophanes autem in Telmiſſenſibus nigras pinnas habentium dixit coracinorum.* Iterum *lib.* XV. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῦσι, καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. *Meminit autem illius Ariſtophanes in Telmiſſenſibus, & Pherecrates in Petala.* Heſychius: Πύλαι. Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν ἀπὸ τῶν θυτῶν λέγει. *Portae. Ariſtophanes in Telmiſſenſibus ab ſacrificulis dicit.* Perperam editur, ἐν Τελμησσεῦσιν. Stephanus *in* Τελμισσός: Καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τελμισ.

* H. Stephanus eum locum in *Theſ. Gr.* citans habet περιωνεγκεῖν.

μιοσεῦς. *Et fabula Ariſtophanis Telmiſſenſes.* Corrigendus quoque Etymologici Auctor *in* Ἀελίσυλλος, ubi editur, Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῖς, *Ariſtophanes in Telmiſis*: pro, Ἀ. ἐν Τελμιοσεῦσι. Rectius apud eundem *in* Μεταλλεῖον: Ὁ καὶ διὰ τοῦ γ γράφει Ἀριστοφάνης Τελμιοσεῦσιν. *Quod etiam per g Ariſtophanes ſcribit in Telmiſſenſibus.* Ariſtides *Orat. Sacr.* I. Ἔλεγον δὲ ἀναφέρων εἰς τοὺς Τελμισσέας τοῦ Ἀριστοφάνους, ὡς ἐκεῖ λόγῳ τις ἠγωνίζετο, ἔργῳ δὲ οὔ. *Dixi autem referens ad Telmiſſenſes Ariſtophanis, tanquam ibi verbo quidam certaret, opere vero non.* Meminit quoque Harpocration *in* Σιπύα, Athenaeus, & Pollux, pluries.

## ΤΡΙΦΑΛΗΣ.

Athenaeus *lib.* XII. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι, διακωμῳδῶν πολλοὺς τῶν Ἰώνων. *Et Ariſtophanes in Triphalete perſtringens multos Ionum.* Harpocration *in* Διὰ μέσου τείχους: Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι. *Sicut etiam Ariſtophanes dicit in Triphalete.* Heſychius: Ἑρμῆς τρικέφαλος. Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι τοῦτο ἔφη παίζων κωμικῶς. *Mercurius triceps. Ariſtophanes in Triphalete illud comice ludens dixit.* Iterum alibi: Ἰλάων, ἥρως, Ποσειδῶνος υἱός· ἀφ' οὗ Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι Ἰλάονας ἔφη τοὺς φάλητας. *Ilaon, heros, Neptuni filius, à quo Ariſtophanes in Triphalete Ilaonas dixit phaletas.* Conſtantinus Porphyrogenneta *de Adminiſtr. Imp.* cap. XXIII. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι·

Μανθάνοντες τοὺς Ἴβηρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι.

*Et Ariſtophanes Triphalete;*

*Diſcentes Iberos Ariſtarchi antiquitus.*

Laudat quoque Pollux *lib.* IX. *cap.* VII. *cap.* XXVI. XXXII. Suidas, *in* Τῶν τριῶν κακῶν.

## ΦΙΑΛΑΙ.

Harpocration *in* Ξυστίς: Ἔστι δὲ καὶ ἱππικὸν ἔνδυμα, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Φιάλαις. *Eſt vero etiam equinum veſtimentum, ſicut Ariſtophanes in Phialis.* Niſi corruptus forte locus, legendumque, Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις, *Ariſtophanes in Nubibus.* Auctor mihi dubitandi Suidas, qui transſcribere Harpocrationem ſolet; apud illum enim ita legitur: Ξυστίδα, προπαροξυτόνως οἱ Ἀττικοί. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

Ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων. ——

*Porticum, acuta antepenultima Attici. Ariſtophanes Nubibus:*

*Sicut Megaclis porticum habens.* ——

Quin immo exſtat iſte verſus in ea *Fabula*, Act. I. Sc. I.

## ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ.

Commemoratur ab Athenaeo, *lib.* VIII.

## ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

Athenaeus *lib.* III. Τὰς δὲ κνίδας ὁ Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ ἀκαλήφας ὀνομάζει, ἔτι τε Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις. Κνίδας *autem Eupolis in Autolyco* ἀκαλήφας *(urticas) appellat, & praeterea Ariſtophanes in Phoeniſſis.* Iterum *lib.* IV. Ὅτι δὲ ἀρχαῖον ἦν τὸ περὶ τοὺς μονομάχους, Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Φοινίσσαις. *Quod autem antiquum erat circa gladiatores, Ariſtophanes dixit in Phoeniſſis.* Suidas: Ἀκαλήφη· ἡ κνίδη· καὶ ἡ χερσαία, καὶ ἡ θαλαττία, ἥτις ἐστὶ κογχυλίδιόν τι. Ἀριστοφάνης Φοινίσσαις. Ἀκαλήφη; *urtica; & terreſtris, & maritima, quae eſt concha quaedam. Ariſtophanes Phoeniſſis.* Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Ἐν δ' Ἀριστοφάνους Δαναΐσι, συρμαιοπώλαι, καὶ ἐγκριδοπῶλαι, ὥσπερ ἐν ταῖς Φοινίσσαις, θεατροπώλης. *In Ariſtophanis autem Danaidibus, raphanorum venditor & dulciariorum, ſicut in Phoeniſſis, ſpectaculorum locator.* Iterum citat *lib.* X. *capp.* II. XXXIV.

## ΩΡΑΙ.

Heſychius: Ἀρᾶς ἱερὸν Ἀρᾶς, Ἀθήνησιν. Ἀριστοφάνης Ὥραις. *Exſecrationis templum, templum exſecrationis, Athenis. Ariſtophanes Horis.* Iterum: Δικαστικόν· Ἀριστοφάνης ἐν Ὥραις, τριώβολόν φησιν εἶναι. *Pretium litis; Ariſtophanes in Horis trium obolorum eſſe dicit.* Vide rurſum *in* Ζυγός. Athenaeus etiam citat *libb.* IX. XIV. & Pollux pluries.

JOH.

# JOH. ALB. FABRICII
## CATALOGUS
## DEPERDITARUM COMOEDIARUM
# ARISTOPHANIS.

Ex ejus Bibliotheca Graeca Tom. I. Lib. II. cap. 21. p. 710. & ſeqq.

Deperditarum Ariſtophanis Comoediarum longe major quam earum, quae exſtant, eſt catalogus, quem hoc loco lectori repraeſentabo adjutus obſervationibus Johannis Meurſii in Bibliotheca Graeca, Atticaque. Theodori Guilelmi Canteri & Guil. Coddaei in fragmentis Ariſtophanis, & Andreae Schotti in iis quae praemittuntur editioni Ariſtoph. A. 1624. & 1670. 12mo. Suidas & Thomas Magiſter in ejus vita tradunt ipſum docuiſſe dramata LIV. ut in altero anonymo vitae ſcriptore error eſſe videatur μδ'. pro νδ', 44. pro 54. Ex his, quatuor ποίησιν, ναυάγον, νήσους, & νίοβιν, alii maluerunt referre ad Archippum.

Ἄγηρος. Athen. Pollux. legendum Ἀνάγυρος.

Ἀγωνισταί. Pollux VII. ſect. 168.

Αἰολοσίκων. Athen. Poll. Platonis de different. Comoediar. qui teſtatur hanc fabulam mediae Comoediae formam & nulla χορικὰ μέλη habuiſſe. Caeterum per filium Ararotem docuit & hoc drama & κώκαλον Ariſtophanes, ut notat Scholiaſtes Comici in Argumento Pluti. Allegatur etiam in Scholiis ad Pacem, Suid. in ἀγυρμόσαι & ab Hephaeſtione in Enchirid. Acta poſt Plutum, adeoque poſt Olymp. XCVII.

Αἰολοσίκων δεύτερος. Athenaeus lib. IX.

Ἀκέστριαι. Poll. IV. 125.

Ἀκλαὴς ſive Ἀκλαιὴς ſive Ἀκαλλής. Gell. XIX. 13.

Ἄμετροι παροιμίαι. Schol. Comici ad Aves, vſ. 1292. Sed videtur eo in loco laudari Ariſtophanes non Comicus ſed Grammaticus.

Ἀμφιάραος. Hephaeſt. Harpocr. Poll. Suid. in ἀχνία, Athen. Apoſtolius, Erotianus in λεβηρίδες. Etymol. M. & Aelian. XII. 9. de animal. Schol. Ariſtophanis ad Ranas. Hoc drama per Philonidem docuit Ariſtophanes, ut legitur in argumento Avium: docuit autem Archonte Chabria, Olymp. CXI. 2. vid. Sam. Petitum lib. I. Miſc. cap. 9.

Ἀνάγυρος ſive Ἀνάργυρος. Suid. in ὀρχίλοι φῶρες, Poll. Etymol. M. Athen. & Scholiaſtes Ariſtoph. Vide Caſaubonum IV. 4. ad Athen.

Ἀνταγωνισταί. Vide infra in ταγηνισταί.

Ἀσκληπιος. Pollux lib. 2. ſect. 59. at ibi non eſt titulus Comoediae, ſed tantum ex Ariſtophane refertur Plutum ἐν Ἀσκληπιοῦ in Aeſculapii templo viſum recepiſſe.

Αὐτόλυκος. Erotianus in ἄμβην. Galenus in lib. I. Hippocratis περὶ ἄρθρων. Schol. Ariſtophanis ad Veſpas.

Βαβυλώνιοι. Acta Olymp. LXXXIX. 2. Archonte Epicle. Suid. & Apoſtolius in Σαμίων ὁ δῆμος. quorum locis adde Meurſ. III. 21. Attic. Lect. Laudant & Ariſtoteles III. 2. Rhetor. Steph. Byz. Pollux, Athenaeus, Harpocration, Ammonius in χολάδες. Heſych. Etymol. M. Zenobius proverb. ἀπ' Ἑρμίωνος, Suid. in Σῖμος. auctor vitae Ariſtoph. & Scholiaſtes ad Aves & Acharnenſ. & in Argumento Pacis. vide & Caſaub. ad Athenaeum III. 10

Ἀριστοφάνης ἐν τῇ βίβλῳ λέγει· Ἀμφιτρύων δ' αὐτοῦ γενναιότερον παῖδα γεννᾷ. Schol. Heſiodi p. 246. b.

Βοηθοί. Priſcian. lib. XVIII.

Γεωργοί. Plutarch. in Nicia p. 528. quem hoc dramate Ariſtophanes perſtrinxerat, He-

Vv vv vv v phaeſt.

phaeſt. Priſcian. lib. xviii. Etymol. M. Athen. Poll. Harpocrat. Stob. & Zenobius in proverb. αὐτῷ μελητίον. Scholiaſtes Theocr. & Ariſtoph.

Γῆρας. Priſcian. lib. xviii. Etymol. M. in μορμολυκεῖον, Suid. in στλεγγίς. Athen. Poll. Harpocrat. Scholiaſtes Nicandri Theriac. & Phrynichus in Διονύσιον p. 68. Schol. Ariſtophanis, Laërt. iv. 18. ubi vide Menag.

Γηρόγαρος, vel ut alii ſcribunt γηέλορος vel γηρόλορος *ſenectus curva*. Aelian. hiſt. animal. xii. 9. pro quo Meurſius in Bibl. Graeca ſuſpicatur legendum γωρὸς aut γηρυτάδης.

Γηρυτάδης. Erotianus in γαργαλισμοῦ & ἐκλαπήσεται. Heſych. Athen. Poll. Harpocr. Etymol. M. & Scholiaſtes Sophoclis ad Electram & Schol. Ariſtoph.

Γλαῦκος. Pollux iii. 3.

Γόητες. Athen. lib. xiv. niſi legendum ibi Ariſtomenes pro Ariſtophane.

Δαίδαλος. Suid. Athen. Poll. Heſych. Phrynichus in κάκκαβον, p. 80. Erotianus in ἀντικρύς. Clemens vi. Strom. p. 628. ubi ait Platonem Comicum & Ariſtophanem Daedalo ſua invicem ſuffurari.

Δαιταλεῖς. Athen. Poll. Harpocr. Etymol. M. Phrynichus & Thomas Magiſter Lex. Attic. in ἀκεσής, Galenus in prooemio Lexici Hippocratei, Suidas. Vide Nunneſium ad Phrynichum p. 13. ſeq.

Δαναΐδες vel Δαναοί. Athen. Poll. Suid. in ἀπαλαίπορον, αὔλειος, ἀργύρειος & κλεπτογήρα. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Plutum & Pacem. Etymol. M. in ἀπαλαίπωρον.

Δηλία. Athen.

Διοναύαγος. *Jupiter naufragus*. Pollux x. 8. Vide & infra ναύαγος.

Διονύσος. Athen. lib. xiv. niſi & ibi pro Ariſtophane legendum Ariſtomenes.

Δράματα. Apud Pollucem laudatur Ariſtophanes ἐν δράμασιν ἢ Νιόβῃ, & ἐν δράμασιν ἢ Κενταύρῳ vel Κενταύροις. videndus Caſaubonus vii. 14. ad Athenaeum, ubi ſuſpicatur, quatuor Comoedias, de quarum auctore Ariſtophane an Archippo [vide Anonymum in Comici vita, quae ſcholiis Graecis praefixa eſt] Criticis non conſtabat, Nioben, Centaurum, Inſulas, & Poëſin ab aliquo in unum corpus conjecta, & titulum *dramata* ei inſcriptum fuiſſe. At enim non de Centauro, ſed de ναυαγῷ dubitabant veteres Critici. Apud Heſych. in βύρσαν male ἐν ἀράμασι pro ἐν δράμασι.

Εἰρήνη β. Jam Eratoſthenis aetate non exſtabat, qui dubius haeret, an Ariſtophanes Comoediam *Pacem*, quae etiamnum habetur, bis docuerit, an binas hoc titulo conſcripſerit, ut innuit Crates Grammaticus apud auctorem argumenti εἰρήνης Ariſtophaniae.

Ἐρεχθεύς. Euſtath. ad Iliad. μ.

Ἡνίοχος. niſi apud Pollucem pro Ἡνιόχῳ legendum ἢ Νιόβῃ.

Ἥρωες. Laërtius viii. 34. Athen. Poll. Suid. Scholiaſtes Comici ad Aves & Stephanus Byz. in Ἄργος. Etymol. M. in πίνω.

Θεσμοφοριάζουσαι ſive Θεσμοφοριάσασαι, ut ſecundas Ariſtophanis Theſmophoriazuſas inſcribit Demetrius Troezenius apud Athenaeum lib. i. Confer Sam. Petitum lib. i. Miſc. c. 13. Ex his locum inſignem de muliebri cultu & ornatu proferunt Clemens Alex. iii. 12. Paedagog. & Pollux vii. 22. Emendat Salmaſius p. 1148. ad Solin. [p. 808. edit. Ultraject.] Idem drama allegatur a Suida in λακωνίζω & λύκος ἔχανεν, & ἀλφιτώ, Harpocratione in πύλαι.

Κένταυρος ſive Κένταυροι. Pollux, Heſych. Athen. Suid. in ἀθέλιγον. Vide & ſupra in δράματα. ſolet enim allegari Ariſtophanes ἐν δράμασιν ἢ Κενταύρῳ.

Κιθαριστής. Athen. Sed illa Antiphanis eſt, non Ariſtophanis.

Κιθαρῳδός. Heſych.

Κόραι. Ammon. in διέφθαρται, pro quo legendum quidam ſuſpicantur Ὧραι.

Κόκαλος. Pollux x. 23.

Κώκαλος. Erotianus in φῶδες, Stephanus Byz. in Κόρινθος. Athen. Heſych. Pollux, Harpocr. Zenobius in proverbio χρυσοῦς ὁ Κολοφώνιος. Macrobius v. 18. Acta eſt haec Comoedia poſt Plutum, adeoque poſt Olymp. xcvii. & poſt decretum ne quis nomine tenus in theatro perſtringeretur. Vide ſcriptorem Graecum vitae Ariſtophanis, & quae ſupra in Αἰολοσίκων. Porro Philemonem in ὑποβολιμαίῳ ſuo hoc Comici drama aemulatum notat Clemens Alex. vi. Strom. p. 628.

Λήμνιαι. Ammon. in τάγηνον. Harpocr. Athen. Poll. Etymol. M. Suid. & Heſych. in Δωριακός.

Ναύαγος. Vide ſupra in δράματα.

Νεφέλαι, ſive *Nubes priores*, actae Archonte Iſarcho

Iſarcho Olymp. LXXXIX. I. in feſto Lenaeis. Vide Graecum argumentum Nubium poſteriorum, quae exſtant.

Νῆσοι. Etymol. Pollux, Scholiaſtes Eurip. Stob. Suid. Heſych. Ab aliis relata eſt ad auctorem Archippum. Supra in δράματα. Pollux IX. ſect. 89. de hoc dramate: Εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα ὡς Ἀριστοφάνους οὐ γνήσιον. Ita enim legit illum locum Caſaubonus II. 15. ad Athenaeum.

Νῖκαι. Suid. niſi legendum νῆσοι vel σκηναί.

Νιόβη, [ab aliis tributa Archippo] Pollux, Schol. Euripidis ad Phoeniſſ. ubi allegatur Ariſtophanes ἐν δράματι Νιόβης. Forte leg. ἐν δράμασιν ἢ Νιόβῃ. Vide ſupra in δράματα.

Ὄρνιθες. Pollux X. 3.

Ὁλκάδες. Athen. Schol. Ariſtophanis, Pollux, Heſych. Suid. Harpocr. & Stephanus Byz. Galenus I. de alimentorum Facult. Tom. 4. p. 316.

Πελαργοί. Schol. Ariſtoph. ad Plutum & Veſp. Athenaeus, Harpocr. Pollux, Thomas Mag. vocibus Atticis in σημεῖον.

Πελασγοί. Athen. lib. IV. ſed & ibi legendum πελαργοί. Nam & apud Pollucem X. 44. clariſſimus Hemſterhuſius ita reperit in MSS.

Περιαλγεῖς. Vide mox προαλγής.

Προαλγής. Schol. Ariſtophanis ad Aves, ubi Meurſ. legit προαλγεῖ pro περιαλγεῖ.

Πλατωνισταί. Etymol. M. in αἰδοιίστατος, niſi legendum ταγηνισταί.

Πλοῦτος. α΄. Acta haec Comoedia viginti annis ante Plutum ſecundum [qui exſtat] Olymp. XCII. 4. Verſus quem ex Pluto ſecundo profert Athenaeus lib. IX. legitur in Comoedia hujus nominis, quae exſtat, vſ. 1128. Viciſſim quae in Pluto α΄. affert Scholiaſt. Ariſtoph. ad Ranas, in illa non occurrunt. Unde recte colligit Meurſius, priorem Plutum periiſſe, poſteriorem ad nos perveniſſe.

Ποάστριαι. Schol. Ariſtoph. ad Aves p. 602. Sed hae Phrynichi vel Eupolidis potius ſunt quam Ariſtophanis. Vide Pollucem IX. 31.

Ποίησις. ab aliis tributa Archippo. vide ſupra in δράματα.

Πόλεις. Athen. lib. III. qui docet idem drama ab aliis tributum Philyllio vel Phrynicho.

Πολύειδος. Etymol. M. Poll. Suid. Stob. Apoſtolius.

Προαγών. Athen. Poll. Suid. in σταθερόν.

Πυθαγορισταί. Athen. lib. IV.

Σίελφοι. Schol. Ariſtophanis ad Veſpas.

Σκηναί. Athen. Harpocr. Heſych. in τριπτηρίστης. Alii hoc drama Platoni Comico adſcripſere.

Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι. Heſych. Harpocr. Athen. Poll. Etymol. M. Scholiaſtes Ariſtoph.

Σκύθαι ἢ ταῦροι. Pollux lib. X. ſect. 168. Sed eundem verſum idem Pollux lib. VII. ſect. 59. non Ariſtophani tribuit ſed Antiphani.

Ταγηνισταί. Athen. Suid. in ἀφύα. Poll. Harpocr. Etymol. M. Scholiaſtes Comici ad Ranas, Nubes. Tarrhaeus & Didymus, Apoſtolius. Forte apud Suidam in ἅλις ἀφ. pro ἀνταγωνισταῖς & apud Etymol. M. in αἰδοιίστατος pro πλατωνισταῖς legendum ταγηνισταῖς.

Ταῦροι. Supra in Σκύθαι.

Τελμισσεῖς. (Τελμισσοί, Τελμησσεῖς, Τελμήσσοντες) Athen. Heſych. Etymol. Poll. Ariſtides Orat. I. ſacra T. I. p. 486. Stephanus Byz.

Τετράμετροι. Zenob. in ἀλισίας. At non videtur intelligi peculiare drama hoc titulo, verum reſpiciuntur tetrametri jambici, quibus paſſim Ariſtophanes utitur, ut qui ab ipſo nomen habent, Ariſtophanii dicantur.

Τελεφαλῆς. Athen. Harpocr. Poll. Heſych. Suidas in τῶν τελαῶν κακῶν, Conſtantinus Porphyrogen. c. 23. de adminiſtr. Imper. Stephanus Byz. in Ἰβηρίαι.

Φιάλαι. apud Harpocrat. in ξόανα corruptum eſt, nam legendum Ἀριστοφάνης ἐν νεφέλαις.

Φιλωνίδης. Athen. lib. VIII.

Φοινίσσαι. Athen. Poll. Suidas in ἀκαλήφη.

Ὧραι. Heſych. Athen. Pollux, Scholiaſtes Ariſtoph. vide & ſupra in κόραι. & Sam. Petitum ad leges Atticas p. 2.

F I N I S.

---

BIBLIOPEGIS.

Titulus Tomi II^i^ inſerendus ante paginam 685.